



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fvlginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

Angela <de Fulginio>

Parisiis, 1598

c. vij. Qualiter ei fuit data gratia vt posset intueri & suspicere in Crucem
Christi & in ea considerare Dominum nostrum pro nobis mortuum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43716

24 *Quartum ca. iij. 2. v. 2. vij. passus*
per suam gratiam viuificando. Et
rogabam omnes creaturas, quas
omnes me videbam offendisse:
quia creatorem eorum offende-
ram, vt non accusarēt me coram
Deo. Et videbatur mihi, quod
omnes creaturæ habebant de me
pietatem, & omnes sancti simi-
liter, & tunc dabatur mihi cum
magno igne amoris orare Deū
plus quàm solebam.

Septimum capitulum. vij. passus. Qua-
liter ei fuit data gratia, vt posset
intueri & suspicere in crucem Chri-
sti, & in ea considerare dominum
nostrum pro nobis mortuum.

SEPTIMO dabatur mihi specia-
lis gratia respiciendi in cru-
cem: in qua oculis cordis & cor-
poris considerabam Christum
mortuum pro nobis. Sed hæc vi-
sio & consideratio erat adhuc in-
sipida: quamuis haberem ibi ma-
gnum dolorem.